UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Iacobi Brvckeri Regiae Scient. Societatis, Qvae Berolini Floret, Membri Historia Critica Philosophiae

A Tempore Resvscitatarvm In Occidente Literarvm Ad Nostra Tempora

Brucker, Johann Jakob

Lipsiae, 1743

Addenda Et Emendanda. Ad Tom. III. P. II. L. II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29129

Visual Library

* *

ADDENDA ET EMENDANDA.

AD TOM. III. P. II. L. II.

P. 536. l. 22. 23. pro εἰκονομαλίας l. εἰκονομαχίας, p. 538. l. 14. pro *accuſationes* l. *accuſationis*, p. 544. not. d. add. p. 493. p. 548. l. 8. pro *ſolum* l. *ſolem*, p. 549. l. 24. pro *patereaque* l. *paternaque*, p. 558. l. 24. del. *rei*. p. 567. l. 22. add. not. Chalcidium licet Chriſtianum fuiſſe, licet ſupra ſimile fecerimus vero, hic tamen inter ſcriptores ſeculares, quos medii aeui philoſophi legerunt, reponendus erat, quod ab huius temporis viris doctis inter ſeculares homines, et vt multi credebant, ob rationem commentandi, inter gentiles numerabatur. p. 582. l. 21. del. *ne*, p. 587. l. 38. poſt ſcrutator, add. not. Fuiſſe hunc aſtronomum Ludouici regis domeſticum, ex titulo annalium patet; quis autem fuerit, valde incertum eſt; vnde variae virorum doctorum de eo coniecturae extant, quas enumerat Cl. G. C. Ioannes, in *praef. ad hos annales in collect. ſcript. rerum German.* Revberiana p. 28.

P. 610. not. v. l. 1. pro Relandvs l. Lelandvs, p. 614. l. 28. pro *monaſteriis* l. *monaſterio*, p. 625. not. g. l. 1. pro *in*, l. *is*, p. 628. l. 9. poſt, *Calui* add. *induſtriam*, l. 39. pro Kvlpiso l. Kvlpisio, p. 629. l. 16. pro *reliqua quae*, l. *reliquos quos*, p. 647. l. penult. pro *Ptolomaeum* l. *Ptolemaeum*.

P. 648. l. 23. poſt *latuiſſe*, add. not. Vitris tamen vſus non eſt, ſed tantum fiſtula illa, quam Dithmarus vocat, ſiue tubo, ad arcendos lucis radios. Fuit autem, vt ex hoc loco colligitur, hoc horologium ſiderale, quale deſcribit Stvrmivs *matheſ. iuu. P. II. p. 841.* Acum magneticam Gerberto notam fuiſſe nonnulli ex hoc loco Dithmari exſculpunt, teſte Kirchero *de Arte magnetica P. I. c. 6. p. 29.*

P. 650. not. p. add. cel. I. D. Koehleri diſſ. *de Gerberto ab iniuriis veterum et recentiorum ſcriptorum liberato. Altdorf. 1720.*

P. 656. l. 2. del. *quoque*, p. 658. not. d. pro Pacherivs l. Dacherivs, p. 672. l. 11. del. *ita*, l. 34. pro *hinc* l. *hic*, p. 673. not. b. col. 2. l. 9. pro *continuiſſe*, l. *conticuiſſe*, p. 674. l. 11. poſt *dubitandum*, add. *non*. p. 678. l. 1. pro *hinc* l. *hic*. p. 681. l. vlt. pro *Syram* l. *Syriacam*, p. 684. not. p. pon. *L. I. ex. III. §. 11. T. III. Opp. p. 119:* quo tamen loco initia academiae Pariſienſis ad tempora Thomae detrudendo rationes temporum confundit. P. 678. l. 9. poſt *tranſibant*, add. *id quod*. p. 698. l. 19. pro *metaphyſis*, l. *metaphyſicis*, p. 740. l. 21. pro *agerrime*, l. *aegerrime* ib. l. vlt. pro *magiſto*, l. *magiſtro*, p. 756. l. 8. pro *Camotenſem* l. *Carnotenſem* p. 765. l. 23. pro *Lambardus* l. *Lombardus*, p. 767. l. 16. pro *expeditione* l. *expeditioni*, p. 785. l. 23. pro *attulerit*, l. *retulerit*, p. 788. l. 20. pro *quos* l. *quod*, p. 798. l. 35. pro *Ptolomaeus* l. *Ptolemaeus*, p. 807. l. 17. pro *viſum* l. *viſus*, p. 821. l. 21. pro *auſus* l. *vſus*, p. 824. l. 24. pro *Brituri-*

cenſem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cenſem, l. *Bituricenſem*, p. 827. not. u. l. 6. poſt *adſcribendus* add. *quique*, p. 826. l. 20. pro *cIↄ ccIV* l. *cIↄcccIV.* p. 542. l. vlt. pro *pauis* l. *prauis.*

P. 845. not. l. add. Conſuli quoque de Alphonſo eiusque tabulis poteſt SCHOTTVS, *Hiſpan. illuſtr. L. VII. T. I. p. 360* WEIDLERVS *Hiſt. aſtronom. c. XII. §. 18. p. 279.* et quos laudat. Tribuit Alphonſo IOANNES MARIANA *Hiſt. Hiſp. L. XIII. c. 20.* ſublime ingenium, ſed incautum, ſuperbas aures, linguam petulantem, et *L. XIV. c. 5.* ea calamitate quam paſſus eſt, dignum pronuntiat, quod diuinae prouidentiae opera, et humani corporis fabricam, inſigni linguae procacitate ingeniique confidentia accuſare auſus fuerit, vti vulgi hominum opinio eſt, ab antiquo ducta per manus. Aſt fatemur, mitiorem ſententiam mereri regem optimum et de literis praeclare meritum. Vt enim taceamus, totam illam accuſationem, qua melius ſe, quam Deum, nonnulla ordinaturum fuiſſe, ſi in creatione illi adfuiſſet, dixiſſe fertur, ſolo rumuſculo niti, quod ipſe Mariana non negat, adeoque incertam eius fidem eſſe: ipſa, quae illi obiicitur arrogantia, vbi etiam vera eſſe ſupponitur, nonniſi conſideratis iis hypotheſibus iudicanda eſt, quas mathematici a rege conuocati conſultique introduxerant, quasque inſignem in coeleſti ſiderum motu confuſionem ſupponere, norunt, qui res ſiderales attigerunt. Cum enim R. Iſaac Aben Sid (qui cantor fuit ſynagogae Toletanae, teſte *Iuchaſin* apud WOLF. *Bibl. Hebr. T. I. p. 684.* non vero inſpector, vt habet WEIDLERVS *l. c.*) magnifico, quod animo rex conceperat, operi nouarum tabularum eſſet praefectus, ille Thebiti hypotheſi de motu trepidationis ſuppoſita, ſtatuit, totam coelorum machinam axi Zodiaci affixam modo ad axem mundi propius accedere, modo ab ea plus recedere, hincque inaequalem ſtellarum motum communem produci, ex quo inaequalitas quaedam obliquitatis Zodiaci, ad aequatorem modo minor, modo maior exſurgat. Quam hypotheſin non ratione modo et obſeruationum fide carere, ſed et magnam in rebus ſideriis confuſionem parere, et multa otioſe fingere, dudum rerum aſtronomicarum peritis obſeruatum eſt. Haec itaque intuitus Alphonſus rex, qua animo erat ſagacitate non errauit, ſi dixit, melius iſta ordinari poſſe: in eo ſolo culpandus, quod hanc confuſionem inepte creatori tribuere, quam aſtronomos ſuos ignorantiae accuſare, et ex his naeuis hypotheſis iſtius falſitatem colligere eamque abiicere maluerit. Verum haec obiter.

P. 846. l. 7. pro *concuſſu* l. *concurſu.*

P. 859. l. 18. pro *qua* l. *quo.*

P. 860. l. 35. pro *cIↄCCCXII.* l. *cIↄCCCCXIV.*

P. 862. l. 3. a fin. pro *ſui* l. *ſuis.*

P. 868. not. z. add. conf. ANTON. WOOD. *Hiſtor. academ. Oxon. l. I. ad ann. 1231. p. 85.* WEIDLER. *Hiſt. aſtron. c. XII. §. 16. p. 278.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN